

Nos consules et jurati in Vriberch recognoscimus presentibus protestantes, quod honestus homo | dominus Petrus Burneri plebanus sancti Johannis in hospitali extra muros civitatis Vriberch saluti et | utilitati intendere plus cupiens sue anime duodecim grossos census annui dandos seu solvendo de orto Johannis | Cesaris ante valvam sancti Petri sito pro suis denariis comparavit, maxime ob hanc causam, ut post ejus obi- 5 tum singulis annis in die sui anniversarii magistra hospitalis, que pro tempore extiterit, pro octo grossis dictorum duodecim denariorum stipam procurare debebit prebendariis et infirmis protunc in hospitali existentibus distribuendo. Nichilominus plebano ejusdem loci duos grossos et socio seu capellano suo unum grossum et campanatori unum grossum ministrare debebit dicta magistra, ut vigiliis et missis consuetis pro defunctis, 10 celebrari et campanarum pulsibus memorati domini Petri memoria peragatur. Si vero plebanus jam dicti loci post processum temporis in hujusmodi officiis peragendis negliens seu retardans probaretur, tunc de hiis quatuor grossis sibi et socio suo et campanatori deputatis vel assignatis sepe dicta magistra fratribus predicatoribus duos et fratribus minoribus duos pro recommendatione anime prefati domini Petri largiri tenebitur, non 15 obstantibus punctis et clausulis supra scriptis. In cujus rei testimonium presentem litteram conscriptam nostre civitatis sigillo fecimus communiri. Datum anno domini m^o ccc^o XLIII^o, XVIII^o kalendas januarii. Testes sunt Pau[lus] Henningi magister civium, Th[ecodericus] Kunikonis, Wikardus Burneri, Johannes Emerici, Nicolaus Horedil, Johannes Hogeri, Henricus de Nüwinkirche, Johannes de Heinchin, Conradus Woluerami, 20 Petrus Sibothonis, Henricus Luschener, Nicolaus Goswin consules ceterique plures fide digni.

90.

Nicolaus, Official der Propstei zu Meißen, entscheidet einen Proceß zwischen dem Pleban zu Lichtenberg und dem Hospitale zum heil. Johannes wegen eines Ackers zu Lichtenberg, den der verstorbene 25 Pleban Hermann gegen einen jährlichen Zins besessen hat, zu Gunsten des Hospitales. 1344 Juli 16.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das beschädigte S. des Officialats (wie am No. 72) auf der Rückseite aufgedrückt.

Ann.: Vergl. No. 85.

In nomine domini amen. Nos Nicolaus officialis prepositure Misnensis tempore 30 vacacionis ipsius a reverendo in Christo patre ac domino domino Johanne episcopo Misnensi constitutus cognoscentes causam, | que vertitur inter . . plebanum in Lichtinberg actorem ex una necnon . . procuratorem hospitalis | sancti Johannis in Vriberch reum parte ex altera super una pecia agrorum in Lichtinberg, quam idem plebanus ad ecclesiam suam jure hereditario dicit pertinere, ita quod singulis annis duos solidos Vri- 35 bergensium denariorum antique monete nomine census dicto hospitali de agris predictis solvere teneatur, procuratore hospitalis id negante et affirmante, quod dicti agri ad hospitale predictum pertineant jure proprietatis, et licet concessum fuerit ex gracia speciali domino Hermanno quondam plebano in Lichtinberg, quod dictos agros et alios